



Per.
Lat
020

Moderator ephemeridis compluribus sociis adiuvantibus STEPHANUS SZÉKELY DR. *Budapestini, Üllői-út 71.*, ad quem epistolae et manuscripta mittantur.

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZEL *Budapestini, VIII., József-körút 48.*, ad quem
□ □ □ pecuniae quaecunque dirigantur. □ □ □


Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae
□ □ □ subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae. □ □ □

Leo e comitibus Tolstoi.

Et ingenio et moribus vir singularis¹ erat, de cuius morte nunc totius orbis terrarum homines eruditi loquuntur. Octoginta et duos annos vixit, cum relictā familiā, domo, hominibus in coenobium² migraturus erat, ubi in secessu³ reliquos vitae annos ageret. Sed morbo correptus⁴ iter intercipere⁵ cogebatur in oppido Astapovo, ubi mortem obiit.

In vita longa multum scripsit, plus didicit, plurimum meditatus⁶ est. Effectus⁷ cogitationum⁸ studiorumque e scriptis eius apparet. Horum scriptorum argumentum⁹ semper fere idem est: homo miseriaque humana.

Ipsae nunquam erat contentus sorte sua;



neque familia, neque vita rustica eum contentum reddidit, quamquam omnibus abundabat,¹⁰ quae ad vitam beatam opus¹¹ esse videantur: nobilis origo, divitiae, valetudo, familia integra.¹² Dubitationibus torqueba-

tur,¹³ cum tot homines vidisset, qui multa incommoda¹⁴ paterentur, in quorum vita malum malo exciperetur,¹⁵ quamquam nos omnes ius beatae vitae haberemus.

Talibus cruciatibus¹⁶ circumventus intellexit se vitā abusum¹⁷ esse, cum fabulis Romanensibus¹⁸ tot mendacia¹⁹ conscripsisset. Morum igitur mutationem²⁰ fe-

¹ páratlan ² zárda ³ visszavonultságban ⁴ meglep
⁵ megszakít ⁶ elmélkedik
⁷ eredmény ⁸ gondolkodás
⁹ tartalom ¹⁰ bővelkedik
¹¹ szükséges ¹² virágzó ¹³ kínozó
¹⁴ baj ¹⁵ baj bajt ér
¹⁶ vergődés ¹⁷ visszaél ¹⁸ regény
¹⁹ hazugság ²⁰ változás

cit, itaque ad rusticos²¹ se recepit, quia eorum vitam beatiorem naturaeque magis convenientem²² ratus²³ est.

Inter rusticos didicit naturam²⁴ religionis Christianae in amore et iustitia positam esse. Longum igitur ordinem librorum conscripsit, quibus cultum elegantiore²⁵ castigat²⁶ et salutem hominum ab amore iustitiæque sperandam esse affirmat.


Ultimos vitae annos vestimentis rusticis indutus inter laborem rusticum degebat. Persuasum habuit²⁷ hominem non nisi labore corporis²⁸ panem quotidianum honeste quaerere posse.

Multi huic vitae inerant, quae imitanda haud putarimus, sed homo probus fuit, generis humani amantissimus et scriptor haud mediocris.

²¹ paraszt ²² megfelelő ²³ vél, gondol ²⁴ lényeg
²⁵ finom életmód ²⁶ dorgál ²⁷ meggyőződik ²⁸ testi munka.

De Pompeis. VI.

Iam supra mentionem¹ fecimus domūs Vettiorum, quae in regionis sextae insulā quindecimā sita est, ubi Viā Octavā Via Prima secatur,² in parte urbis septentrionali.




Imperator et episcopus.

Iosephus II. imperator, qui per Hungariam nunquam rex nominatur, quia sancto diademate¹ coronatus non erat, quondam a comite Carolo Esterházy, episcopo Agriensi² cum splendore³ maximo receptus⁴ est.

Episcopus summis viribus elaborabat,⁵ ut hospitem serenissimum⁶ apparatu quam splendidissimo⁷ exciperet. Aulae⁸ episcopalis omnes partes documenta erant elegantiae excultissimae⁹ divitiarumque domini hospitalis. Coena quoque, quae apponebatur,¹⁰ digna erat altissimo hospite, qui episcopum ita allocutus est:

Domus, quae anno 1895 eruebatur, praecipue picturis parietinis³ ornamentisque⁴ peristylis⁵ insignis est.



¹ említés ² keresztet ³ falfestmény ⁴ díszítmény
⁵ a háznak második, rendszeren nagyobb és díszesebb, oszlopokkal körülvelt tere, a családtagok és közelebbi ismerőseik részére

— Apostoli, priores¹¹ tui, Reverendissime Domine, simplices, pauperes viri erant, qui ignorabant vitae cultum elegantem, imo corpora sua torquebant.¹² Cur hae divitiae, hic splendor apud te?

— Episcopus verbum ullum non respondit, sed altero die imperatori coenam tenuit,¹³ simplicissimam inferri¹⁰ iussit.

— Hem, hem — inquit Iosephus — quid est? Nullo modo intelligere possum post hesternam¹⁴ coenam regiam hanc simplicem secutam esse.


— At res, Augustissima Maiestas,¹⁵ recte se habet.¹⁶ Heri imperator a comite Esterházy convivio receptus est, hodie ab episcopo Agriensi, modesto apostolorum successore.¹⁷

Andreas Borsai.

¹ korona ² egri ³ fény ⁴ fogad ⁵ azon van ⁶ fel-
séges ⁷ mentül fényesebben ⁸ udvar ⁹ finom izlés
¹⁰ tálal ¹¹ előd ¹² sanyargat ¹³ szegényes ¹⁴ tegnapi
¹⁵ felség ¹⁶ rendben van ¹⁷ utód.

Ostium⁶ (I) aedificii est a dextrā, unde in atrium⁷ (II) intramus. In medio atrio est impluvium⁸ (III). Atrio vicinum vides atrium alterum minus (IIb), cui inest impluvium alterum; ex hoc atrio, cui servorum cubicula⁹ circumiecisse videntur, transitus patet in Lararium¹⁰ (IV). Sequitur culina¹¹ (V), *(vide picturam)* cum foco, late exstructo, ubi diversa vasa coquinaria¹² eodem statu¹³ conspiciuntur, quo erant ante duo millia annorum.

Pars meridionalis¹⁴ atrii magni contigua¹⁵ est scalis,¹⁶ quae in coenaculum¹⁸ ferebant. Iuxta scalas est puteus¹⁷ (VI), unde aqua in coenaculum¹⁸ ducebatur. Proximum est triclinium hibernum¹⁹ (VII). Nobilissima pars



domūs est peristylum⁵ (VIII), cuius porticus²⁰ septem columnis²¹ nititur²² in longitudine, quattuor columnis in latitudine; hac porticu circumdatur hortus, unde ad septentrionalem²³ partem oecus²⁴ (IX) patet et huic vicina cubicula mulierum.


Pavimentum²⁵ sine ullo decore est, nusquam enim musiva²⁶ pretiosa applicita²⁷ sunt, maximam partem sectilia.²⁸ Splendidissime ornati sunt parietes.²⁹

In parietibus enim, in quibus antiquissi-

⁶ bejárat ⁷ a ház első tere, a család nappali tartózkodó helye, a tetőn az impluviumnak megfelelő nyílás világosság és levegő befogadására ⁸ az esővíz befogadására ⁹ szoba ¹⁰ a házi istenek szentélye ¹¹ konyha ¹² főzőedények ¹³ állapot ¹⁴ déli ¹⁵ szomszédos ¹⁶ lépcső ¹⁷ kút ¹⁸ emelet ¹⁹ téli ebédlő ²⁰ csarnok ²¹ oszlop ²² támaszkodik ²³ északi ²⁴ terem ²⁵ padozat ²⁶ mozaik ²⁷ alkalmaz ²⁸ opus sectile vágott márványdarabkákból álló dísz ²⁹ fal

mis temporibus ornamenta operis tectorii³⁰ applicabantur, novissimis temporibus parietes in abacos³¹ erant distributi, alternis³² in flavos et rubros.³³ In mediis abacis figurae pensiles:³⁴ mulieres, Satyri, Victoriae pingebantur; non raro picturae pendentis,³⁵ quarum argumenta³⁶ ex historia fabulari³⁷ sumpta sunt.

³⁰ stukk (gipszdiszítés) ³¹ «mező» ³² fölváltva ³³ sárga és piros ³⁴ lebegő ³⁵ függő kép ³⁶ tárgy ³⁷ hitrege.




LECTARIUS MINIMIS.

Reditus Ulyssis. V.

Omnes iam exierunt praeter¹ illum hircum, qui Ulysses portabat. Hunc Polyphemus sic allocutus² est: Mi care hirce, cur hodie postremus exis? Fortasse³ doles,⁴ quod ego oculum meum amisi. Si loqui posses, tu mihi diceres, ubi ille malus Nemo lateret.⁵ Ita locutus hircum cum Ulysses exire sivit.⁶

Ita Ulysses et comites eius mortem effugerunt.⁷ Iverunt ad ripam⁸ et navem conscenderunt. Cyclops speluncam clausit, ne Graeci aufugerent;⁹ putabat enim eos in



spelunca esse. Subito¹⁰ audivit vocem Ulyssis, qui e nave eum deridebat.¹¹ Iratus¹² saxum cepit et iecit versus¹³ eam regionem,¹⁴ unde

¹ kívül ² megszólít ³ talán ⁴ búsul ⁵ lappang ⁶ sino, sinere, sivi, situm enged ⁷ kikerül ⁸ part ⁹ menekül ¹⁰ hirtelen ¹¹ gúnyol ¹² haragosan ¹³ felé ¹⁴ táj


vocem audiverat. At saxum non tetigit¹⁵ navem. Tum clamavit Ulysses: O Polypheme, si interrogaberis, quomodo oculum amiseris,¹⁶ dic ab Ulysse Graeco te caecum factum esse. — Postquam hoc dixit, in altum mare¹⁷ navigavit. Polyphemus autem patrem suum, Neptunum, dominum maris oravit, ut se ulcisceretur¹⁸ et Ulyssem puniret.¹⁹

Neptunus preces filii exaudivit. Effecit²⁰ enim, ut Ulysses multos annos per multas terras erraret. In hoc longo errore²¹ Ulysses cum comitibus suis multa mala passus²² est. Sed nolo haec omnia enarrare,²³ ne narratio nimis longa fiat. Itaque unum tantum addam.²⁴ Postremo enim Ulysses ad Phaeaces, beatos²⁵ et benevolos homines pervenit, unde in patriam, Ithacam profectus est.²⁶ Sic Ulysses, postquam multorum hominum urbes vidit, in patriam rediit.

Verba publica.

Iudex²⁷ damnatur,²⁸ ubi nocens²⁹ absolvitur.³⁰ — Labor improbus³¹ omnia vincit. — Latel⁵ anguis³² in herbis.³³ — Laudat venales,³⁴ qui vult extrudere,³⁵ merces.³⁶ — Laus³⁷ magna natis³⁸ obsequi³⁹ parentibus. — Libenter homines id, quod volunt, credunt. — Longum iter est per praecepta,⁴⁰ breve et efficax⁴¹ per exempla. — Lucus⁴² a non lucendo.⁴³ — Lupus in fabula. — Male parta⁴⁴ male dilabuntur.⁴⁵ — Manus manum lavat. — Memoria minuitur,⁴⁶ nisi⁴⁷ eam exerceas. — Mendaci⁴⁸ homini, ne verum quidem dicenti, credere solemus. — Mens agital⁴⁹ molem.⁵⁰

¹⁵ tango érint ¹⁶ amitto elveszít ¹⁷ nyílt tengerre
¹⁸ ulciscitur megbosszul ¹⁹ büntet ²⁰ megtesz ²¹ helyon-
gós ²² patilur szenved ²³ elmesél ²⁴ hozzáad ²⁵ boldog
²⁶ profiscitur utazik ²⁷ bíró ²⁸ elítél ²⁹ bűnös
³⁰ fölment ³¹ rendkívüli ³² kígyó ³³ herba fü
³⁴ eladó ³⁵ elveszteget, elad ³⁶ áru ³⁷ dícséret
³⁸ natus született, «gyermek» ³⁹ engedelmeskedik
⁴⁰ szabály ⁴¹ hatásos ⁴² berek ⁴³ világít (mintha
a bereknek a latinban onnan volna neve, mert
«non lucet»; l. canis a non canendo) ⁴⁴ pario,
parere, peperit, partum szerez ⁴⁵ széthull ⁴⁶ fogyaszt,
pass. fogy ⁴⁷ ha nem ⁴⁸ mendax hazug ⁴⁹ mozgat
⁵⁰ tömeg, anyag.



R. Johnston, qui pr. Cal. Nov. prope Novum Eboracum¹ aëroplano in altitudinem 3238 metrorum efferebatur, nuper ex altitudine ducentorum metrorum prope Denver delapsus repentinam² obiit mortem.

I. Brucker, ephemeridis Americanae scriptor³ iter aetherium undecim millium chiliometrorum per Oceanum Atlanticum intra 5–6 dies facturum est. Aërobatico⁴ Bruckeri, quod nongenta metra cubica⁵ continebit, primis mensis Decembris diebus navicula⁶ applicabitur.⁷ Tota machina Monācum⁸ portabitur, ubi sollemniter dedicetur.⁹ Monāco iam initio Ianuarii in Insulas Virides,¹⁰ prope Africam perferetur, unde sub¹¹ Cal. Mart. illud iter longissimum in Americam suscipiet.

¹ New-York ² hirtelen ³ ujságíró ⁴ léggömb ⁵ köb
⁶ hajó ⁷ odaerősít ⁸ München ⁹ fölavat ¹⁰ Zöldfoki
szigetek ¹¹ felé.



Circulus Athleticus Budapestinensis pr. Non. Dec. in insula Csepel certamen pondera attollendi¹ instituet, quod erit de principatu² in Hungaria; simul ponetur certamen luctandi³ pro poculo magnifico⁴ Circuli Athletici.

Tres missus⁵ efficient⁶ certamen: pulsus⁷ duobus brachiis, dextro et sinistro brachio.

Certamen luctandi quattuor generum erit: «plumā leviorum»⁸ (ad 60 chiliogr.), levium (66–72 ch.), modici ponderis⁹ (72–83 ch.), gravium (plus 83 chiliogrammatibus).


¹ súlyemelő ² bajnokság ³ birkózik ⁴ dízszerleg
⁵ menet ⁶ alkot ⁷ lökés ⁸ pehelykönnyűségű
⁹ középsúlyú

Societas Gymnica Budapestinensis primum certamen privatum¹⁰ posuit, cuius quinque partes erant.


In iuniorum certamine victor erat I. Szendrő 21·25 punctis, in provectorum¹¹ certamine Eug. Bauer 14·25 p., in athletarum eruditorum¹² certamine I. Krizmanich 26 p., in certamine communi¹³ G. Szűcs 4·50 p., in seniorum certamine I. Pogány 7·48 punctis. Praemia a Carolo Isser inter victores distribebantur.

Circulus Gymnicus Budapestinensis Franciscanae¹⁴ regionis Vindobonae in portam, a Societate Athletica Vindobonensi defensam decies follem iniecit,¹⁵ cum Vindobonensibus semel tantum contigisset¹⁶ expugnare portam, a Hungaris defensam.

¹⁰ házi verseny ¹¹ haladottabb ¹² képzett ¹³ általános ¹⁴ Ferencvárosi Tornaklub ¹⁵ tíz gólt csinál ¹⁶ sikerül.



Atramentum debile¹ facile parari potest, si amylo² soluto³ nonnullas guttas⁴ tincturae iodi instillamus.⁵



Quae hoc atramento scribuntur, optime legi possunt, quamquam litterae facillime absterguntur,⁶ velut creta de tabula.

Etiam atramentum commune⁷ aboleri⁶ potest, si charta⁸ solutione chlori⁹ perlinitur¹⁰

A. Good.

Quomodo ante aliquot saecula membra¹¹ aegrotorum secta¹² sint, hodie vix quisquam credat. Cum pes secaretur, ad sanguinem sistendum¹³ truncum corpus oleo vaporanti¹⁴ imponebatur. Anno 1190. factum est, ut aegro cuidam, qui aquā intercuti¹⁵ laborabat,¹⁶ alvus insecaretur.¹⁷ Aegrotus vero in perpetuum a doloribus liberabatur.

Archidux¹⁸ Leopoldus anno 1194 tam gra-

viter equo decidit, ut crus¹⁹ ei frangeretur. Medici²⁰ vulnere ablato²¹ pedem amputare²² noluerunt. Postridie pes inflammabatur²³ et medici iam non dubitabant, quin eum absciderent.²² Leopoldus tum limam²⁴ cruri impositam tantisper²⁵ malleo tundi²⁶ iussit, dum pes decideretur.²⁷ Archidux mortuus est.

Cum archidux Albertus, qui posterius²⁸ imperator²⁹ factus est, se venenum sumpsisse³⁰ putaret, medici pedibus eum suspendebant,³¹ oculumque effodiebant,³² ut «venenum efflueret».


Si altissimo loco nati ita a medicis tractabantur,³³ qualis fuerit conditio³⁴ humiliorum³⁵ illa aetate?

Quinque numeri, quorum alius alium excipit,³⁶ addi³⁷ et summa³⁸ (1180) proferri³⁹ iubetur. Mathematicus tum enuntiat,³⁹ qui numeri additi sint. Quod ita fit, ut summa numerorum per quinque dividatur,⁴⁰ velut:

234 Summa divisionis⁴¹ (236) est numerus medius numerorum additorum. Qua re numeri duo antecedentes⁴² et duo insequentes⁴³ facillime 238 coniecturā reperiri⁴⁴ possunt.

1180 : 5 = 236.

¹ letörülhető tinta ² keményítő ³ old ⁴ csepp ⁵ becspegettet ⁶ letörül ⁷ közönséges ⁸ papír ⁹ klóroldat ¹⁰ beken ¹¹ tag ¹² vág, operál ¹³ elállít ¹⁴ párolgó olaj ¹⁵ aqua intercus (tis) vízi betegség ¹⁶ szenved ¹⁷ föl vág ¹⁸ főherceg ¹⁹ lábszár ²⁰ orvos ²¹ heközőz ²² levág ²³ meggyullad ²⁴ véső ²⁵ addig ²⁶ kalapáccsal üt ²⁷ leválik ²⁸ később ²⁹ császár ³⁰ megmérgez ³¹ felakaszt ³² kiszúr ³³ bánik vele, «kezel» ³⁴ sors ³⁵ alacsony ³⁶ egymásután következnek ³⁷ összead ³⁸ eredmény ³⁹ megnevez ⁴⁰ oszt ⁴¹ osztás ⁴² megelőző ⁴³ következik ⁴⁴ coniecturā reperit kitalál.



Dr. Stephanus Mály, medicus Claudio-politanus¹ nuper octogesimo aetatis anno peracto magnā virorum doctissimorum humanissimorum frequentia celebrabatur.² Multos annos medicus erat discipulorum,

¹ kolozsvári ² ünnepel

quos maxima semper caritate studioque curabat.³ Qui autem non modo medicus optimus est, sed etiam praeclarus orator Latinus. Per totam Hungariam vix inveniri potest, qui sermone Latino eum superare possit. Nunc quoque viris coram gratulantibus magnificentissimam ille orationem Latinam habuit.

Sr.

Salve Nicolae⁴ care, qui e barba alba nivem excutis,⁵ in pera⁶ autem liberis bonis nuces,⁷ ficos⁸ et m̄la apportas! Tuus dies est, qui sequitur Nonas Decembres. Magna pars nostrum hoc die frustra iam ponit in fenestra calceos,⁹ calcei vacui¹⁰ manent, quia nos iam adulti¹¹ sumus. Sanctus Nicolaus parvulos requirit.¹² Tamen nos quoque maximo cum gaudio repetimus carum illum diem, qui nuntius est Christi nascituri. Brevi audietur: Ex coelo angelus...



I. Szendefi.

Universitas Debrecinensis brevi tempore ad effectum adducetur,¹³ cum civitas¹⁴ Debrecinensis centies centena millia,¹⁵ praeterea valetudinaria¹⁶ aliaque, quae ad medicos¹⁷ erudiendos opus essent,¹⁸ praestitisset.¹⁹ Ordo²⁰ theologorum protestantium, iurisconsultorum philosophorumque, praeter historiarum et geographiae magistros, iam constitutus¹³ est.

Proximis diebus revelatum²¹ est monumentum Eleméri Szentirmai in coemeterio²² Budapestinensi. Vir ille praeclarus, paucos ante annos vita defunctus,²³ multis carminibus popularibus²⁴ compositis magnam sibi gloriam per Hungariam parabat. Szentirmai est auctor, inter cetera, etiam amoenissimi²⁵ illius carminis, quod Sarasate excellentissimus ille artifex musicus Hispanus transformavit²⁶ nomenque ei «Modi Cingarorum»²⁷ dedit. Quod carmen Sarasate fidibus canens²⁸ per totam Europam protulit et ubique terrarum summam laudem audientium assecutus est.

Sr.

Lacour est nomen hominis, qui in Briandium, rectorum rei publicae Galli-

cae praesidem²⁹ pugno³⁰ invehebatur.³¹ Briand quidem inviolatus³² mansit, sed ille alter a circumstantibus male mulctatus³³ est.

Tredecim heroum,³⁴ qui pr. Non. Oct. 1848 in urbe Arad a tyrannide victrix mortem pro libertate passi sunt, usque ad hoc tempus ossa incassum³⁵ indagantur.³⁶ Nunc totus populus Hungarorum certior factus est,³⁷ ossa carissima reperta et sub tutela³⁸ virorum honestissimorum esse. Quae quidem res novissime negatur.³⁹

Defectio lunae⁴⁰ observabatur apud nos inter horam primam et tertiam noctis, quae sequebatur XVI. Cal. Dec. Nox serena⁴¹ erat, ita ut res rara clare videri potuerit.

Marconio, coram⁴² viris, a rege curatoribusque⁴³ Italiae creatis,⁴⁴ Pisae nuntii e Canadā Massauāque per telegraphum sine filo⁴⁵ allati sunt.

3 gyógyít 4 Miklós (Mikulás) 5 kiráz 6 zsák 7 dió
8 füge 9 cipő 10 üres 11 serdült 12 fölkeres 13 létesít
14 város 15 10,000.000 16 kórház 17 orvos 18 szük-
séges 19 alapít 20 kar 21 leleplez 22 temető 23 meghal
24 népdal 25 bájos 26 átír 27 cigánydalok
28 hegedül 29 miniszterelnök 30 ököl 31 támad
32 sértetlen 33 csunyan elbánik vele 34 hős 35 hiába
36 kutat 37 értesül 38 őrizet 39 tagad 40 holdfogyatkozás
41 derült 42 jelenlétében 43 kormány 44 ki-
rendel 45 sodrony.

Robinson. XV.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

Hispanus quidam et pater Quinti servantur, hostes fugantur. Hispanus agnoscit opes supellectiliae Robinsonis.

Robinson ad captivum barbatus advolans vincula eius gladio rescindit¹ interrogatque cuiusnam² esset. «Christianus sum et Hispanus» respondet ille sermone Latino simulque arrepto Robinsonis gladio in carnifices³ suos inventus⁴ complures eorum confodit.

Hostes fugati duas scaphas reliquerunt in litore religatas,⁵ ad quas cum Robinson accessisset, in alterā deprendit⁶ hominem barbarum pedes manusque⁷ revinctum,⁸ qui mortui magis, quam vivi speciem⁹ praebebat. Robinson vinculis solutis senem in pedes se erigere¹⁰ atque

1 fölvtág 2 miféle 3 hóhér 4 rárohan 5 kiköt
6 talál 7 = pedibus manibusque 8 megköt 9 kép
10 talpra áll

in siccum escendere¹¹ iubet. Sed frustra; pauper-
culus ille aetate fameque confectus¹² nec stare,
nec loqui valebat; gemebat¹³ tantum et eiula-
bat.¹⁴ Tum Robinson Quintum ad se arcessit¹⁵
iubetque eum cum sene barbaro linguā vernaculā¹⁶
colloqui.

At Quintus sene conspecto ut amens¹⁷ ex-
sultare,¹⁸ barbario sermone clamitare, flere simul



et ridere, senem amplecti¹⁹ deosculari,²⁰ brachia
eius, a vinculis livida²¹ tumidaque²² permul-
cere;²³ demum ad Robinsonem obstupescentem²⁴
conversus haec sola proferre: pater meus, pater
meus!

Robinson quoque adeo commotus est,²⁵ ut vix
loqui posset; pariter et Hispanus — qui interea
sub umbrā lassus²⁶ cecidit — mirari videba-
tur amorem pietatemque Quinti.

Dein omnes in arcem se recipiunt, ubi Robin-
son et Quintus lautissimis epulis excipiunt novos
commilitones,²⁷ qui fame diutinā iam paene con-
ficiabantur.²⁸

Post coenam Hispanus rem magnam miram-
que aperit hospitibus: «Opes tuae, domine —
inquit — mercesque notissimae mihi videntur et
nisi fallor,²⁹ ex eā nave Hispanicā sunt servatae,
quā et ipse vectus eram. Scito ceteros naufragii
socios in insulā popularium³⁰ Quinti commo-
rari,³¹ a quibus naufragio facto scaphis illuc
delati benigne excepti sumus. Per dimidium
annum vitam apud eos degebamus sane mise-
ram, cum invasione³² ab anthropophagis facta
ego senexque hic in captivitatem³³ abducti atque
in insulam tuam deportati³⁴ sumus. Cetera nosti.³⁵
Vitam enim nobis servasti, pro qua re servi tui
esse volumus».

His auditis Robinson ilico³⁶ statuit proximis
diebus naufragos illos in insulam suam addu-
cere opumque, quas de eorum nave servasset,
participes facere.³⁷

Magnanimitas³⁸ Robinsonis omnibus compro-
batur, diesque expeditionis³⁹ constituitur.⁴⁰

11 kiszáll 12 megtörve 13 nyög 14 nyöszörög
15 hív 16 honi 17 eszeveszett 18 ujjong 19 ölel
20 csókol 21 kék 22 dagadt 23 simogat 24 bámul
25 megindul 26 fáradt 27 bajtárs 28 elpusztul 29 csa-
lódik 30 honfitárs 31 tartózkodik 32 betörés 33 fog-
ság 34 szállít 35 novisti 36 legott 37 részesít 38 nagy-
lelkűség 39 vállalkozás 40 megállapít.



Britannus ad Gallum: «Nos pro gloriā
pugnamus, vos pro pecunia». Cui hic repon-
dit: «Verum dicis. Quisque pugnat pro rebus,
quae ei desunt».

Cingarus¹ esuriens maxime alsit,² cum
ab aliquo interrogaretur: «Cingere, quid
malis: edere an calefieri?»³ — «Maxime
velim lardum assare»⁴ respondit cingarus.

Th. Osztrovszky.

— Quot annos natus es, Stephane?

— Heri decimum exegi. Et tu quotum
agis annum?

— Undecimum. Duodecimum quidem iam
agere debeam, sed totum annum aegrotavi.⁵



A. Borsai.

Adulescens quidam debuit⁶ sutori⁷ pre-
tium calceorum.⁸ Cum opifex⁹ pecuniam
urgeret,¹⁰ adulescens noster salse respondit:
«Nunc in cunis¹¹ movetur infans, qui pan-
num¹² colliget,¹³ ex quo illa pecunia con-
ficiatur, quam tibi daturus sim».

Brevi tempore iuvenis ad sutorem ivit, ut
calceos in diem¹⁴ emeret. Sed opifex respon-
dit: «Nunc spargitur¹⁵ illud semen,¹⁶ quo
ille equuleus¹⁷ vescetur,¹⁸ ex cuius corio¹⁹
illi calcei conficientur, quos tibi in diem
daturus sim».

C. Kenderessy.

1 cigány 2 alget fázik 3 melegszik 4 szalonnát
pirít 5 betegeskedik 6 tartozik 7 cipész 8 cipő ára
9 iparos 10 sürget 11 cunae, -arum bőleső 12 rongy
13 szed 14 kölesön 15 vet 16 mag 17 csikó 18 táplál-
kozik 19 corium bőr



I.
Quomodo hoc quadratum
in quinque quadrata aequa-
lia dividitur?

J. Erdélyi.

II.

Tres domini cum servis flumen transituri
in ripa lintrem inveniunt, quae homines
maxime duos capit. Quomodo transeunt
domini, si ignavos¹ servos, qui soli remanere
timent, in ripa relinquere nolunt?

J. Jaczenkó.

III.

Amicus meus in Asiam... est, unde mihi
... misit, quibus me certiorum... se bene...

*

— Cur non... in scholam? interrogavit...
discipulum.

— Ex capite..., ob aem causam a matre
... retentus sum.

*

Quaenam vocabula hic supplenda² sunt?

C. Inezédy.


IV.

Pro 12 vocabulis contraria ponantur.
Primae litterae contrariorum tria vocabula
clarissimi Romani reddunt:

| | | |
|---------|---------|----------|
| novus | femina | mons |
| sobrius | summus | perdit |
| ullus | facilis | aperit |
| extra | nobilis | iniustus |

G. Totis.

V.



VI.

1. Sunt duo numeri. Primus augetur³ uno,
alter minuitur uno. Hac re duo aequales
numeri efficiuntur.

2. Si primus minuitur uno, alter augetur
uno, novus hic numerus duplo maior fit,
quam primus.

Qui sunt hi numeri?

H. Pfeiffer.

¹ gyáva ² pótol ³ növel.

Solutiones aenigmatum numeri 5.

I. Omnes hospites conveniunt 420. die. II. Pater
nunc quinquaginta annos, filius decem annos natus
est, post decem annos pater sexaginta annorum, filius
viginti annorum erit. III. Undeviginti sodales solvunt
denas coronas. IV. Paulus habuit sexaginta, Antonius
triginta sex coronas. Paulus dedit Antonio 36, ipsi
remanerunt 24 coronae. Antonius nunc habet 72,
reddit Paulo 24, ergo uterque habet 48 coronas
V. Sexaginta homines fuerunt, quisque dedit centum
et viginti coronas. VI. Iulius Caesar.

Aenigmata recte dissolverunt: A. Blüh, I. Colceriu,
F. Dalnoki, T. Fehrentheil, I. Gibás, Z. Grósz, E. Guth,
I. Jaczkó, A. Kalmár, A. Kármán, C. Lassovszky,
L. Lausmann, C. Lehrner, A. Lukács, I. Magirius, F.
Mancz, Manilla. A. Manovil, Z. Marencsin, Eug. Maros,
C. Murakózy et I. Száiber, Eug. Nádor, C. Novotny, M.
P. (gratias!), F. Rosner, A. Rott, L. Schützenberger, Au.
Senchea, I. Sorger, S. Spitzer, K. Stan, E. Streeke, D.
Takácsy, fratres Totis, St. Trájber, A. Wahlner, P.
Winkler, C. Zetting, A. Borsai, Eug. Fábián, T. Popu,
I. Szendefi, D. Vidats. Nomina ceterorum proxime.

Praemium Ioanni Colceriu Szamosújváriensi ad-
iudicatum est.



I. Arta (?) Quisque vestrum mihi opuscula mittere
potest. — A. Zolnai. Mors «repentina» dicitur saepe
pro «voluntaria». — F. Unkelhäusser. Illa ephemeris,
Biponti (Zweibrücken) prodit, sed non est in usum
iuventutis conscripta. — M. Kaufmann. Si mihi domi-
cilium tuum nuntiaveris, ad litteras tuas respon-
debo. — F. Dalnoki. Quod tu misisti, pulchrum est,
sed nihilominus difficile. — I. Huszár. Recte enarrasti.
Sed fabula iam in libris scholasticis occurrit. —
I. Magirius. In litteris tuis hoc vocabulum: «comunica-
torum» lego. Quid hoc sibi vult? — Manilla. Com-
municam tecum praenomen tuum. — F. Mantz. E tuis
Salse dictis unum alterumve IUVENTUTI asseram. —
Eugenius N. (Békésgyula). Quod tu scripseras, vix
legere potui. — P. Winkler. Aenigma tuum emenda-
tione quadam fortasse cum lectoribus communicari
poterit. — Fratres Totis. Delectum vestrorum habeo. —
I. Szendefi fortasse edi poterit. Sed miror, quod tu
aenigmata nostra difficilia arbitraris. Proxime plura.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar
Középiskola.